



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XVII. Novembris. S. Gregorivs Tvronensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

S. GREGORIUS ex Monacho Turonensi, eiusdem urbis Episcopus patr<sup>e</sup>. Florentio, matre Armentaria genere nobilibus procreatus est. Ipse vero literarum studiis addictus, primitus sub Gallo Episcopo, mirifice profecit: postmodum vero sub Aucto viro Dei, ad arcem sapientiae prouectus est. Factus autem Turonensis Ecclesiae post B. Euphronium Episcopum, tam doctrinam, quam conuersatione clarus atq; sanctissimus emicuit, qui etiam in vita miraculis coruscavit. Fuit homo parvus statura, sed magnae scientiae, excelsique meriti apud Devum, qui non respicit personam hominis, sed opus & bonam voluntatem. Erat enim in ieiuniis frequens, in orationibus assiduus, & eleemosynis largus, hospitalitatis amator praecipuus, & sancta Scriptura lector studiosus. Unde libros multos in laudem Sanctorum praecipue, & historiam gentis sue lucento sermone conscripsit. Ecclesiis complures construxit, alias item reparauit, & exornauit.

Tandem XXI. Episcopatus sui anno, tanquam septenario annorum numero ter in fide S. Trinitatis completo, appositus est ad patres suos, nontam dierum, quia fermè tricennialis ordinatus est, quam virtutum perfectione plenus: qui tamen non usquequa videtur clausus in tumulo, scilicet restat ut lingua viva in mundo: & quia sicut credimus, B. Martino in celo est sociatus, sic etiam corpore est illi in sepulchro vicinus. Obiit XV. Kal. Dec.

A. C. D C X C I V. Ex vita.

201.111X

S. GRE



S. GREGORIVS TVRONENSIS EPISCOPVS ORD. S. BEN.  
Qui fidem de SS. TRINITATE contra Agilarem Arianum  
Lauragildi Hyp. Regis ad Chilpericum Gallorum Regem  
Legatione egregie defendit, et Ecclesiam Domini universam  
scriptis libris illustravit, atq; doctrina et sanctitate clarus  
migravit ad Dominum, xv. Cal. Dec. A.C. DXCIV.

V

XVIII NO.